



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Capvt. VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

oculus. Si igitur oculus tuus simplex fuerit, totū corpus tuū luci  
dū erit. Quod si oculus tuus malus fuerit, totū corpus tuū tene-  
brosum erit. Ergo si lumen quod est in vobis tenebræ sunt, ipsæ  
tenebræ quantæ? Nemo potest duobus dñis seruire. Aut enim  
hunc habebit odio, & alterū illū diliget, aut huic adhaerebit, & al-  
terū illū negliget. Non potestis deo seruire & māmonæ, Prop-  
terea dico vobis, ne sitis solliciti vitæ vestræ, quid esuri sitis, aut  
bibicuri, neq; corpori vestro, quib⁹ indumentis vsuri Nonne ani-  
ma plaris est, q̄ cibis, & corpus plaris q̄ indumentum? Vertite  
oculus ad volatilia cœli, quia non serunt neq; metunt, neq; con-  
uehunt in horrea, & pater vester cœlestis alit illa. Nonne vos lon-  
ge precellitis illa? Quis aut̄ ex vobis solliciti cogitando, potest  
addere ad staturā suā cubitū vnū? ac de indumento quid solliciti  
estis? Cognoscite lilia agri, quomodo crescant. Non lobarant,  
neq; nent. At tamen (dico vobis) ne Solomonē quidem id vni-  
uersa gloria sua, sic amictū fuisse, vt vnum ex his. Quod si gramē  
agri, qđ hodie cū sit, eras in clibanū mittit, deus sic vestit, an nō  
multo magis vobis id faciet, o parum fidentes? Ne sitis igitur  
solliciti dicentes, Quid edemus aut quid bibem⁹, aut quib⁹ ope-  
riemur? Nam omnia ista gentes exquirunt. Nouit em̄ pater ve-  
ster cœlestis quod opus habeatis his oibus. Quin potius quæri-  
te primū regnū dei, & iusticiā eius, & hæc oia adijcient vobis. Ne  
sitis igitur solliciti in crastinū, nam crastinus dies curam habebit  
sui ipsius, Sufficit sua diei afflictio.

MATTAHEVM. Fo. VIII.

Nolite condemnare, ne condemnemini. Quo em̄ iudicatio iudicatis, eo iudicabitur de vobis, & qua mensura metimini, ea metietur vobis alij. Cur aut̄ vides festucam quæ est in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo, non animaduertis? Aut non dicis fratri tuo, sine eximam festucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, ecce prius trabem ex oculo tuo, & tum perspicies, vt eximas festucam ex oculo fratris tui. Ne detis quod sanctum est canibus, ne proieceritis margaritas vestras ante porcos, ne quando hi conculcent eas pedibus suis, & illi versi in vos lacerent vos. Petite & dabitur vobis quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Quisquis em̄ petit, accipit, & quicumque quærit inuenit, & pulsanti aperiet. An quisquam est vestrum homo, qui si filius eius petierit panem, lapidem daturus sit illi? Aut si piscem petierit, num serpentem addet illi? Si vos igitur cum sitis mali, nostris dona bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester, qui est in cælis dabit bona, si postuleris ab ipso? Omnia igitur quæcunque volueritis, vt faciât vobis hoies, sic & vos facite illis, Hæc em̄ est lex & prophetæ. Introite per arctam portam, quoniam lata est porta, & spaciola via, quæ abducit in exitum multique sunt, qui ingrediuntur per illam. Quoniam angusta est porta, & stricta via quæ abducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt illam. Cauete vero vobis a pseudo prophetis, qui veniunt ad vos, in vestitu ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. A fructibus ipsorum agnoscetis eos. Num qui colligunt de spinis vnam? aut de tribus ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit. Putris autem

B ij

arbor, fructus malos facit. Non potest arbor bona, fructus malos facere, neq; arbor putris, fructus bonos facere. Omnis arbor, quæ non facit fructū bonū, excidit, & in ignē conicitur. Igitur ex fructibus ipsorū agnosceris eos. Non quisquis dicit mihi dñe, dñe, introibit in regnū cœlorū, sed qui fecerit voluntatē patris mei, qui in cœlis est. Multi dicent mihi in illo die, Domine, domine, nōne p̄ nomē tuū p̄phetauim⁹, & p̄ nomē tuū dēmonia eiecimus? & p̄ nomē tuū multas virtutes præstitimus? Ac tum confitebor illis, nunquā noui vos. Discedite a me, qui operamini iniquitatē. Omnis em̄ qui audit ex me sermones hos, & facit eos, ad similitudinem illius viro prudenti, qui ædificauit domū suā super petrā, & descendit hyber, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domū illam, & non est posstrata. Fundata em̄ fuerat super petram, Et ois qui audit a me sermones hos, & nō facit eos, ad similitudinem viro fatuo, qui ædificauit domū suā super arenam, & descendit hyber, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & impegerunt in domū illā, & deiecta est, & fuit ruina illius magna, Et factū est, vt, cū finisset Iesus sermōes hos, obstupuerūt turbæ sup doctrinā illius. Docebat em̄ eos velut habēs autoritate, & non sicuti scribæ

¶ CAPVT. VIII.

Vm descendisset autē de monte, secutæ sunt eū turbæ multæ, & ecce leprosus accedens, adorauit eū dicens, Dñe, si velis, potes me mundare, protēsaq; manu tetigit illū, dicens. Volo, mundus esto, ac protinus mundata fuit illius lepra. Et dicit illi Iesus. Vide, ne cui dixeris, sed abi ostende te